Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarium missae - Cod. Schwarzach 1

[s.l.], [10./11. Jahrh.]

In missa votiva

urn:nbn:de:bsz:31-183777

Visual Library

indie iudicii. quam illi ciuitati.

IN MISSA UOTIUA. LEC̄ ISAIE PPH̄.

Haec dicit dns ds. In die illa defer&ur munus dno exercituum. & rex fortis dominabit eorū. In die illa erit altare dno in medio terrae. & cognoscetur dns & colent eū in hostiis & muneribus. & uota uouebunt dno & soluent. Et reuertentur ad dnm. & placabitur eis. & sanabit eos. In die illa erit israhel benedictio in medio terrae. cui benedixit dns exercituum dicens. Benedictus populus meus. & opus manuū mearū. hereditas mea israhel. dicit dns omnipotens.

SCE MARCU

IN illo tempr. Sedens dns ihs contra gazophilatiū. aspiciebat quomodo turba iactaret aes in gazophilatiū. Et multi diuites iactabant multa. Cum uenisset una uidua paupercula. misit duo minuta qd est quadrans. Et conuocans discipulos suos ait illis. Amen dico uobis. quia uidua haec paupera. plus omnibus misit qui miserunt in gazophilatiū. Omnes enim. ex eo quod abundabat illis miser. Haec uero de penuria sua omnia quę habuit misit totum uictū suum.

PRO INFIRMIS. LECTIO